

31 Confirmatio Innocentis X. pro partibus Indiarum.

25.

Episcopus non potest omnes Confessarios unius, vel plurimum Conventuum, eorumque licentias revocare, neque novam, & generalem revocationem edicere, iterum vocando ad novum examen. Hoc saepe saepius declaratum est à Sancta Sede Apostolica auctoritate Pii V. Constit. Etsi Mendicantium data 16. Maii 1567. in Bullar. novo 41. & alia Constit. Romani Pontificis dat. 6. Aug. 1571. in Bullar. 133. & apud Conf. pag. 228. & iterum ad mentem Pii V. Declaravit S. Congreg. 20. Novembr. 1615. Ita habent Illustriss. Domini Cardiales Statuunt insuper eosdem Archiepiscopos, Episcopos, locorumque Ordinarios Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessariis eadem S. Congreg. inconsulta, nullo pacto adimere posse, quod quidem Decretum, ut iidem Illustriss. Patres opportunum, & necessarium duxerunt, ita inviolabiliter jubent observari. Et idem habetur ex alia declaratione S. Congregationis Episcoporum, & Regularium 21. Febr. 1642. pro Regularibus Rossiae, quam se vidisse testatur Lezana consul. 40. n. 6.

Pius V.

Confetti. Declaratio Cardinalium.

Lezana.

26. Alph. Leo. Peirin. Gavant. Guaslin. Barbosa.

Caspenfis.

Bordon. Palaus. Aldanus. Boffius.

Peregrina.

27. Celpedes.

28. Alberic.

Clossa. Roland. Tiraquell.

Gratian. Barbosa.

29. Lezana.

rienfis valde rigide se habuisset contra Confessarios Regulares, suo Decreto anno. 1644. Tunc cunctis rebus examinatis Sacra Congregatio suis litteris obignatis respondens stricte injunxit D. Episcopo, ut circa examen, & approbationem Confessariorum Regularium omnino, & ad amissim observaret declarationes Sacrae Congregationis eisdem litteris adjunctas. In ea erat una diei 16. Januarii, 1606. in qua declarabatur Dominos Ordinarios non posse facultatem audiendi Confessiones omnibus simul unius Conventus Regularibus eadem Sacra Congregatione inconsulta adimere. Quod Decretum datum fuit Romae die 22. Septembris 1645, & in Typographia Camerae Apostolicae impressum, & hoc maxime procedit si in ipso Episcopo, sit aliqua suspicio malevolentiae, & odii in ipsos Regulares.

Et esto aliqua causa ad suspensionem subfiteret pro uno, vel altero, tamen prorsus incredibile est ut subsistat pro omnibus, & quod omnes sint criminosi; & universitatem non debere condemnari pro crimine, seu peccato unius certi, vel incerti, habetur ex Bald. in Baldus. Speculata de sentent. in 17. col. vers. Pro peccato in l. Polla, in l. 1. col. ad. fin. vers. Extra quae C. de his, qui ut indist. Bartol. in l. Sed si hoc. §. Qui manumittitur, de in jus voc. & in l. Aut facta, in §. fin. in pen. q. ff. de penis, in l. sicut post. Gloss. in sine principiis, quod una uni. & in l. 1. ultim. colum. in vers. ultimo facit ista Gloss. ff. quod quisque Bartachino in Repertorio, verb. Universitas.

Et confirmatur: quia in Indiis Occidentibus, cum D Joannes Episcopus Angelopolitanus Collegia, ac domos Reverendorum Patrum Jesu suspenderet ad audiendas Confessiones. Re ad Romanum Pontificem delata: in suo Brevis, Cum sicut acceptaris, datum Romae die 14. Maii 1648, sic ait Innocent X. proposita quaestione ex Patribus Societatis. Primum an Episcopi in partibus Indiarum possint ex integro totum unum Monasterium, vel Collegium, ab audiendis Confessionibus suspendere. Respondit Episcopus Indiarum posse quidem omnibus simul unius Monasterii, vel Collegii Confessariis adimere facultatem audiendi Confessiones personarum secularium etiam inconsulta Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium negotiis praeposita, cum Decretum ab ea editum Novembris 1616. ex intentione, & convenientia Morali non extendatur ad regiones illas tam longe ab urbe distitas; verum ab hac generali suspensione, qua vix sine scandalo, & animarum pernicia contingere potest, abstinendum esse Episcopis, nisi gravissima subsistente causa, super quo Sacra Congregatio illorum conscientias graviter voluit esse oneratas. Ex qua Constitutione pro partibus Indiarum maxime confirmatur nostra sententia: nam supra citatum Decretum Congregationis, ut omnes Religiosi non possint suspendi unius Monasterii inconsulta Sacra Congregatione, & partes Indiarum maxime distent ab urbe; ideo ex interpretativa ratione in illis non procedit citatum Decretum. Congregationis anno 1615. quae ratio cessat in Hispania, & Europa.

Quod etiam declaravit Dominus Clem. X.

suo diplomate, suprema magni Patris dato Romae die 2. Aug. 1670. ubi etiam ait, Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventus Regularibus Confessoribus adimi ab Episcopo, inconsulta Sede Apostolica, nullatenus posse.

QUESTIO VI.

An approbatio absolute data ab Episcopo, possit licite absque justa causa ab eo revocari?

SUMMARIUM.

- 32 Proponitur affirmativa sententia.
33 Certissima sententia Regularis absolute approbata absque justa causa non potest revocari à Confessionibus audiendis.
34 Probatur ex Pio V. & declarationibus Cardinalium.
35 Probatur etiam rationibus, quia approbatio est quadam sententia declarativa.

Idem est approbati per examen, ac idoneum reputari. Non agimus in praesentiarum de approbatione, quae data fuit Regulari cum limitatione temporis ob defectum scientiae, ut dari potuit, & supra diximus, sed tantum difficultas est, quando approbatio fuit data absolute. Prima sententia tenet Episcopum absque justa causa ex solo nutu suae voluntatis posse approbationem Regularium revocare. Tenet Luyfius de penis, q. 8. art. 1. disp. 26. dub. 6. Sancius in Selectis, disp. 48. n. 23. Gaspar Hurtado de penis, disp. 10. diff. 19. pro ea citat Vasquez & Ochog.

Luyfius. Sancius.

33

Navarr. Rodrig. Sorbo. Moltes. Miranda. A Cruce. Lezana. Peyrin. Suar. Portel. Villalobos. Palaus. Barbosa. Tambur. Diana. Vidalus. Dicaill. Basseus. Delbene. Tancredo.

Pellizar.

Tamen certissime dicendum est quod Religiosus semel approbatus ab Episcopo non potest ab ipso valide absque justa causa denuo adveniente, & ad Confessionem pertinentem, iterum ad examen vocari, nec facultas audiendi Confessiones ei adimi. Haec sententia est hodie valde communis, & recepta; tam tenent, ac tuentur Navarrus, Rodrig. Sorbo, Moltes, Miranda, Joannes à Cruce, quos citant, ac sequuntur M. Lezana tom. 2. summa. 61. n. 16. Peirinus de privileg. Minor. tom. 1. constit. 26. Leon X. §. 6. n. 7. eandem tenent Suar. de penis, disp. 28. sect. 8. dub. 7. Portel. in dub. verb. Confessor Regular. ejusque praesentatio, n. 1. Joan. Praepositus, 3. p. de Sacram. penis, q. 8. dub. 3. n. 17. Villalob. tom. 2. summa. tract. 9. diff. 53. Palaus p. 4. tract. 23. punct. 18. §. 4. n. 6. Barbosade Offici. & potest. Episcopi alleg. 86. n. 47. Tabur. de jure Abbat. tom. 1. disp. 15. e. 17. Diana 3. p. tract. 2. Resol. 22. Vidal. tit. de juris. Inquis. 7. n. 32. Dicaill. disp. 10. à n. 310. Bass. verb. Confessor, 3. n. 18. Delbene. 14. dub. 18. sect. 11. n. 35. Tancredo tr. 1. disp. 3. n. 53. Fr. Anton. ab Spir. Sanct. Director. Confessor. tract. 5. disp. 13. sect. 12. Epif. Barbastrenf. in Pastoral. Reg. 2. p. q. 2. n. 42. tract. 5. de penis. disp. 11. q. 88. Pellizar. tom. 1. tract. 8. e. 3. sect. 2. Thom. Hurtado tom. 2. tract. 12. §. dub. 3. n. 2146 & subdit sententiam contrariam esse hodie practice improbabilem, nulla justa causa interveniente, revocare Regularibus licentias ad audiendas Confessiones à se concessas, quod etiam declaravit D. Clemens X. in suo Sylveira Opuscula.

diplomate dato Romae die 2. Augusti 1670.

Probatur ex Clementina Dudum de sepulturis, quod semel approbatus, semper sit approbatus, saltem in eadem Diocesi; & hoc expressè habetur ex Bulla Pii V. & si Mendicanti anno 1567. inter Bullas hujus Pontificis num. 41. & alia Bulla ejusdem Pontificis, universali, quam approbavit Urban. VIII. in Brevis à se edito anno 1629. die 30. Januarii Probatur etiam ex declaratione Sacrae Congreg. 20. Novembris 1615 quam referunt Auctores supra citati q. 5. n. 26. & inter caetera, quae ibi retuli, insuper habet. Domini Cardinales: Statuunt, ac decernunt Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Ordinariis locorum, ad quos Confessarios approbandi jus spectat, Confessarios Regulares alias ab ipsis libere approbatos, ab audiendis Confessionibus suspendere poss. hac minime licere, nisi ex nova causa, eaque ad Confessiones ipsas perveniente; aut ob non servatum inter dictum ab ipsis Ordinariis positum. Pro hoc etiam multas alias S. Congregationis declarationes, ac Rotae decisiones referunt citatus Barbosa, ac Lezana.

Pius V.

Urb. VIII.

Barbosa.

Lezana.

Lezana in mari magno Seruitarum, n. 55.

34

Probatur etiam ratione, Quia approbatio est quaedam sententia declarativa de sufficientia personae, & stante eadem sufficientia, videtur quod non possit mutari. Secundo est talis mutatio a potestate Episcopi, quae non est ad destructionem, sed ad adificationem. Tertio, talis mutatio est injuriosa; & tollit justitiam rite acquisitam; revocando sententiam, justè, & bene latam. Suar. tom. 4. ad 3. p. disp. 28. sect. 8. dub. 7. Peirinus de Privileg. Minor. tom. 1. Const. 26. Leonis X. §. 6. n. 7. Diana 3. p. tract. 2. Resol. 22. Lugo.

Suar.

Peirin.

Diana.

35

Dixi, nulla causa justa subsistente ad Confessiones pertinentem, nam si haec interveniat, v.g. quod Confessarius non dans operam deterior factus est in scientia, vel aliquem errorem commisit in administratione ipsius Sacramenti; tunc bene potest Episcopus approbationem absolute datam revocare. Et ratio est manifesta, quia Episcopus ex vi sui Officii tenetur consulere suo gregi, ac si ineptum ministrum, & Confessorem, ab eo non removeret, lineret perire suum gregem, quod non est dicendum, ita Suar supra citatus, Lugo disp. 31. n. 65. Dicaillius disp. 10. num. 306. Praepositus, Banny, Peirinus, quos citat, & sequitur Diana 6. p. tract. 7. Resol. 62.

Suar.

Lugo.

Dicaill.

Praeposit.

Diana.

36

Saepe quaesitum fuit à me, an idem iudicium ferendum sit de Confessario approbato ab Episcopo per examen, ac ab ipso Episcopo approbato, ut idoneo, ac sufficienti, quia ita alias cognoscitur, vel supponitur Respondeo affirmativè quia Concilium Trident. sess. 23. c. 15. ait, quod nullus reputetur idoneus ad administrandum Sacramentum Confessionis: Nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alius idoneus iudicetur. Requirit Concilium examen aut quod idoneus iudicetur, ac proinde unum aequivalet alteri, ut Sacerdos admitatur ad Confessiones audiendas, & idem est quod habeat examen, ac quod iudicetur idoneus Riccius in praxi aurea. Resol. 21. Reginaldus lib. 1. n. 197. Coninch. tom. 2. disp. 8. n. 49. Fagundez de praecip. 7. c. 2. n. lib. 70.

Trident.

Riccius.

Reginald.

Coninch.

Fagundez

QUÆSTIO VII.

Utrum approbatio data Regularibus ad beneplacitum, possit sine causa reuocari ab Episcopo?

SUMMARIUM.

37 Affirmant aliqui.
38 Opposita sententia est vera, & tenenda.
39 Episcopus non dat Regularibus jurisdictionem, sed tantum sententiam de sufficientia.

Henriq. Miranda, Peirin, Coninch, Portel, Delbene, Bassius, Fagundez, Pasqualig, Hurtad.

37. Partem affirmantem tenent Card. Lugo de penitentia, disput. 11. num. 63. Trolleuch. in Cruciatam, lib. 1. §. 7. cap. 1. dub. 7. num. 5. Pellizarius tom. 2. tract. 8. cap. 3. sect. 1. num. 47. Horum præcipuum fundamentum est quædam declaratio S. Congregationis.

38. Opposita sententia, & simpliciter vera est tenenda, eamque tuerentur omnes Doctores, quos supra, quæst. 3. citavi, asserentes Episcopum non posse validè, & licitè dare approbationem Regularibus cum limitatione sine causa, & in terminis pro nostra conclusione pugnant, & stant cum Henriquez, Miranda, Peirinus, Coninch, Portel, quos citat & sequitur Delbene tomo 2. capite 14. dub. 18. sect. 11. num. 38. Bassius verb. Confessor. 3. num. 18. Fagundez præcept. 2. lib. 7. cap. 2. num. 31. & 63. Pasqualig decis. 500. quæst. 85. num. 7. Thomas Hurtado tomo secundo, tract. 12. num. 2149. Leandrus tract. 5. de Penitentia, disp. 11. quæst. 90. M. Fr. Anton. ab Spiritu sancto in Director. Confess. tract. 3. disp. 13. sect. 11. n. 886.

39. Fundamentum hujus conclusionis desumitur, ex his, quæ dixi supra, quæst. 1. num. 2. licentiam, & jurisdictionem ad audiendas Confessiones Regularibus non dat Episcopus, sed Summus Pontifex, ut patet ex Clement. sæpè citata Dudum; Episcopus autem tanquam Legatus Sedis Apostolicæ confert, & dat approbationem, & iudicium, seu sententiam quoad sufficientiam, & idoneitatem; ergo data hæc sententia de sufficientia personæ, non potest ad libitum reuocari, deinde legatus cum functus est suo Officio expirat ejus jurisdictio. Ex quo bene sequitur, quod approbatio data ad beneplacitum stante sufficientia personæ, non potest pro libito reuocari. Unde ait Thomas Hurtado citatus, explanans mentem Sacræ Congregationis ait, quando dixit, quod Ordinarii possunt reuocare licentias Regularibus concessas ad beneplacitum, intelligendum est, quando subest rationalis causa pertinens ad Confessionem, ut explicavit Urbanus; necnon declarationes Cardinalium suo tempore editæ. Ita Thomas Hurtado.

Hurtadus, Urban. VIII.

QUÆSTIO VIII.

Unde constare potest quod Episcopus, quod absit, ex odio, & malevolentia erga Regulares, eorum licentias reuocet, vel cum limitatione temporis, loci, aut personarum concedat.

SUMMARIUM.

40 Revocatio, & limitatio sine justa causa est nulla.
41 Unde colligatur malevolentia, vel odium Episcopi. Acta ex tali malevolentia sunt nulla. Ibid.

Sæpe diximus, quod Episcopus non potest sine justa causa reuocare facultates datas Religiosis ad audiendas Confessiones, vel concedere cum limitatione temporis, loci, ac personarum sine justa causa, quæ est inscientia, seu insufficientia Confessarii, vel aliud crimen commissum in ordine ad confessionem, alias talis revocatio, & limitatio est nulla.

Et maxime talis limitatio, seu revocatio est nulla, si fiat ex odio, seu malevolentia Episcopi, quod ex multis capitibus constare potest. Si contra Religiosos convicia jactat, si de Religiosis detrahat, si de eis male, vel cum contemptu loquatur, si sine limitatione approbet Clericos sæculares, vel alios Religiosos, si cum prædictis limitationibus omnes Religiosos approbet; valde incredibile est ex omnibus Regularibus nullum reperiri idoneum, ut talis facultas detur ei absolute, & sine limitatione, & idem etiam asserendum est, si indifferenter cum talibus limitationibus, vel ad beneplacitum approbat omnes Religiosos doctos, & indoctos Magistros, ac simplices; nam in his magnum est discrimen, & recta ratio diversum iudicium exigit, ut tenent Sotus, Veiga, Rodriguez, Ledesma, Angel, Graffius, quos citant, ac sequuntur Fagundez præcept. 2. lib. 7. cap. 2. num. 16. Peirinus de subdito. q. 23. §. 2. vers. Respondeo. Pellizar. tom. 2. tract. 8. cap. 3. sect. 2. n. 27. Qui omnes docent, quod nec approbatio censetur revocata, nec approbatio limitata, ac proinde quod Regularis ita se debet habere, ac si ejus approbatio nec fuisset revocata, nec limitata. Peirinus, Pellizar.

40.
41.

Sotus, Veiga, Rodrig., Ledesma, Angelus, Graffius, Fagundez.

Peirin, Pellizar.

QUÆSTIO IX.

Utrum novus Episcopus sine rationabili causa possit approbationes datas Religiosis reuocare, eosque iterum ad examen vocare?

SUMMARIUM.

42 Quæstio est de approbatione data absolute.
43 Sententia affirmativa.

44 Senten

- 44 Sententia negativa vera, & tenenda. Concilium Tridentinum in nullo contrariatur Clementina. Ibid. Privilegia Regularium amplissime interpretanda. ibid.
45 Legati cum adimplent suum Officium, expirat eorum jurisdictio.
46 Constitutio Pii V.
47 Privilegia juris non revocantur per clausulas generales, alia secunda, & tertia solutio, num. 48. 49.
50 Satisse declarationi Cardinalium, & Decreto Clementis X.

42.
43. Suar. Lugo. Sancius. Riccius. Zanard. Miranda. Campanil. Fagundez. Diana. Tancred.

44.

Carranza. Rodrig. Corduba.

Ledesma. Hieron. Cruz. Villalobos. Lezan.

Leandrus. Vivaldus.

Non loquimur in præsentibus, quando approbatio est data secundum quid, & ad tempus, sed de approbatione data absolute, v.g. donec sua illustissima D. præcipiat contrarium, vel alia simili forma data; nec loquitur quando novus Episcopus revocat omnes licentias omnium Religiosorum unius vel multorum conventuum, quia tunc talis revocatio est nulla, ut jam supra dixi quæst. 5. & talis revocatio in nullo est observanda, ac tenenda.

Affirmativam sententiam tenent Suarez tom. 4. de Penitentia, disput. 28. sect. 8. Cardinalis Lugo de penitentia, disput. 21. sectione 3. num. 63. fortiter Sancius in Selectis, disp. 48. per totam. Riccius, Zanardus, Miranda, Campanil, quos citant, ac sequuntur Fagundez præcept. 2. lib. 7. cap. 2. num. 30. Diana 3. part. tract. 2. Resolut. 27. & 4. part. tract. 4. Resol. 200. pro hac parte refert declarationes Cardinalium. Tancredo tract. 1. disp. 2. q. 49. Episcopus Barbastrensis in Pastoralibus Regular. part. 2. q. 20. num. 19 & 37. Lezana tom. 1. cap. 19. numero 7. Gaspar Hurtado tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 2. dub. num. 2138.

Valde probabile quod novus Episcopus absque justa causa ad confessiones pertinentes non potest revocare approbationem datam Religiosis à suo antecessore, nec eos denud ad examen vocare. Pro hac conclusione stant multi graves Auctores: nam Barcinone impressum est quoddam consilium anno 1618. & habetur in fine explicationis Bullæ Cruciatæ Emmanuelis Rodriguez, de quo facit mentionem Diana supra citatus, quod subscriptum fuit à 29. Doctoribus valde eminentibus in Academia Salmanticensi tam in Theologia, quam in utroque jure Canonico, & Cæsareo; & etiam de hac re lingua Hispanica contra Archiepiscopum Toletanum doctissimum Tractatum edidit Sapientissimus Alphonsus Carranza, qui maxime approbatus, & laudatus est à multis, ac doctissimis Viris totius Hispaniæ; & hanc nostram sententiam constanter tenent, ac tuerentur Rodriguez tom. 1. Reg. quæst. 59. art. 14. Corduba in Additionibus ad Compendium Tuel. Præsentatio Confess. Soto in 4. distinct. 18. disp. 14. quæst. 4. art. 3. Ledesma in summa, 1. part. cap. 13. §. 572. Hieronymus Rodriguez Resol. 32. n. 4. Joan. de Cruce lib. 2. cap. 6. dub. 4. col. 4. Villalob. tom. 1. tract. 9. diff. 53. num. 6. M. Lezana in consultiis, consulto 4. n. 56. 57. & deinceps Joannes Liganno, quem refert, & sequitur Dicastillus disp. 10. num. 318. Leandrus de penitentia, disp. 11. q. 91. Vivaldus 1. p. de Absolutione. fol. Sylveira Opuscula.

mibi 122. ubi pro hac parte citat Navarrum cap. 27. num. 26 Henriquez lib. 6. cap. 7. M. Fr. Henriq. Antonius ab Spiritu sancto in Directorio Confessor. tract. 5. disp. 13. sect. 12. n. 891.

Probatur ex his, quæ dixi supra, quæst. 2. Religiosi Mendicantes habent privilegium à jure ex Clementina Dudum de sepultur. & etiam ex Extravaganti Frequentes de Judicis, & ex aliis privilegiis, ut semel approbatus semper maneat approbatus, & cum sit privilegium insertum in corpore juris, ac Concilii Generalis Viennensis non derogatur per Generalem dispositionem, ut statim dicam; deinde Clementina Dudum citatur ad marginem Concilii tanquam si ipsum Concilium ad eam referatur. Deinde Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 15. in nullo contradicit Clementinæ de semel approbato. Ergo Clementina est in toto suo vigore. Consequentia est bona; antecedens probatur Quia Tridentinum disponit, ut Regularis non audiat Confessiones, nisi obrenta approbatione Episcopi, atqui etiam dicta Clementina hoc disponit; Concilium autem non determinat, quod approbatio sit multiplex, ergo non contradicit Clementinæ, quæ requirit unam approbationem.

Confirmatur Primò. Quia hæc dispositio est dispositio quæ tollit jus Tertii; rescriptum autem quod tollit jus Tertii stricte est interpretandum, l. 2. §. Merito ff. ne quid in loco publico: tenent Doctores, quos citat Azor. tom. 1. Azor. Institut. lib. 5. cap. 23. Confirmatur secundò; quia privilegia Religionum in his, quæ non sunt contra Canones amplissime interpretanda sunt, cum sint beneficia Summi Principis, l. Beneficium, ff. de Constitutionibus Principum, C. olim, de verborum significatione. Cod. dilecti, ad finem, de donationibus, cap. Quia circa de privilegio. Ita Orlandus consil. 300. n. 4. Alexand. vol. 2. consil. 160. num. 4. Decius in cap. Cum accepissent, & de hac re etiam Constituitur. Alexandri VI. concessa Relig. S. Benedicti anno 1501. refertur in Compendio Societ. verb. Privilegium. Ubi Pontifex disponit, quod privilegia Religionis, amplissime interpretentur, ergo concessio facta in Clementina amplissime explicanda.

Probatur secundò, ex his, quæ dixi q. 1. n. 2. Religiosis jurisdictionem audiendi solus dat Papa, utpote ejus verus Prælat; Episcopus autem eam non confert, sicut confert suis Clericis, sed per respectum ad Religiosos se habet tanquam delegatus, ut dixi proxime citato loco; atqui si Episcopi in hoc negotio non se habent tanquam Prælati, sed tanquam legati certum est, quod legatus, ubi primum functus est suo Officio, statim tota ejus jurisdictione spirat, cap. Venerabilis, cap. In his literis de Officio, & potestate delegati: ergo si Episcopi sunt tantum delegati in hoc negotio, ubi primum adimplent suum munus, statim eorum potestas expirat; ergo ad aliquid innovandum requiritur nova potestas, quæ eis à concilio non datur. Et confirmatur, quia privilegia Regularium, sunt privilegia remuneratoria, ut jam dixi supra, quæst. 2. num. 12. Atqui privilegium remuneratorium non derogatur per clausulas communes, & generales, sed speciales, ac individuales.